



ENNEAS PRIMA.

Præsides

M. BALTHASARE GUALTHERO.

Respondente

CHRISTOPHORO JUNIORE
ab Hagen.



Alea est alea! Αλήθεια δὴ πάντων ἀγαθῶν θεοῖς ἠγείται, πάντων δὲ ἀνθρώποις Plato l. 5. de LL. p. 605. Progrediemur ergò nunc, ejusq; vestigia accuratius indagabimur.

Sed Deo Duce ac Luce. Hòc enim pratermissò nullum ritè funditur exordium, ex Plat. Boëthius l. 3. de consol. Philos. pr. 9. p. 1041. Siquidem & hic ne Gentiles quidem in Diis suis sollicitandis habuimus negligentes, Plat. in Alcibiad. 11. p. 43. Varro de re Rust. p. 89.

Et quid nos quoq; absq; illò? Nostra enim hæc in literarum studiis peregrinatio sine supernâ Luce, miserabilis quædam erratio est, ut vulgat. Scalig. ex. 359. l. 1. In luce rerum tenui caligamus, in mediocri cacutimus, in majore cæci sumus, in maximâ insanimus ex. 131. l. 1. Lux ergò superna nostris conatibus sit prævia; quæ veluti Minerva Diomedis ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν αὐfferat Plato d. 1. radiisq; suis φεναργοφώτοις nobis alluceat.

A 2

QUAE.